

propriis de novo construxit et demum villam de Hildebrandesdorp cum jure patronatus ecclesie dicte ville, que a nobili viro Henrico marchione Misnensi tenebat in feudum, nec non redditum quinque talentorum in moneta, que nomine dicti nobilis in villa euditur predicta, sibi debitum de ejusdem nobilis assensu eidem ecclesie contulit intuitu pietatis, prout in litteris inde confectis et eorundem episcopi et nobilis sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac provide factum est, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino —. Si quis autem —. Datum Rome apud sanctum Petrum xvii. kalendas januarii, pontificatus nostri anno primo.

Auf der Plicatur: M. de Rocca.

10

(B.)

33.

Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet dem Hospitale die Abgabe vom Salz, welche Berthold von Stenzenberg im Namen und mit dem Gelde des Hospitals dem vorher damit belehnten Borto, dem Sohne des Freiburger Bürgers Borto, für 58 Mark Silber Freiburger Gewichts abgekauft hat.

15

Tharandt, 1279 April 24.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das am Rande beschüligte Reitersiegel des Markgrafen an Fäden von gelber und rother Seide.

Gedr.: Horn Henricus illustris 344.

In nomine domini amen. Heinricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio omnibus presens cyrografum inspecturis in perpetuum. | Mundus interit et mundane simul intereunt actiones. Ne autem cum mundo labili labantur que geruntur rite ab hominibus, eternari | solent patrocinio litterarum. Notum igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum Bertoldus dictus de Sten|zenbere burgensis noster in Vriberc sal, quod Borto filius Bortonis quondam burgensis nostri in Vriberc 25 a nobis tenuit ibidem Vriberc justo titulo feudali, nomine hospitalis et cum pecunia ipsius hospitalis, quod situm est ante eandem civitatem Vriberc, pro quinquaginta octo marcis argenti Vribergensis ponderis et monete justo hinc inde empcionis et vendicionis titulo accedente comparasset nobisque viginti duas marcas dedisset ejusdem monete et ponderis, eo pretextu ut idem sal dicto hospitali daremus in proprium perpetuo possidendum, nos 30 attendentes affectionem diligenciam et providenciam prefati Bertoldi et aliorum burgensium nostrorum in Vriberc, quam circa idem hospitale habent et hactenus habuerunt, ad preces eorum predictum sal eidem hospitali post liberam resignacionem ejusdem salis a predicto Bortone, ad quem dictum sal pertinebat et ad nullum alium de suis fratribus, voluntarie et liberaliter in manibus nostris factam in proprium dedimus donavimus et 35 tradidimus justo proprietatis titulo possidendum, ita quod nullus ex nostris heredibus amicis seu propinquis in predicto sale sibi aliquid juris valeat in posterum vindicare. Ut autem hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, hanc nostram litteram memorato hospitali per magistrum Geuehardum curie nostre prothonotarium dari in testi-